plendo Citatus existens Gnosus Bronißzowski cum suis posteris Ad
1310 Instantiam suprascriptorum Illum Zacrzynskich Coniugum aut illorum Successorum
Ad Officium praesens Castren Capitan Premislien Ex hunc recessu
suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo
Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, Inscriptioni
praesenti satis facere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur
seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat prae
sentibus Illum Terminum Primum peremptorium Uti et alios omnes
exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios
vera infirmitate pro maiori Minorennitate Successorum Legatione
Intra vel extra Regnum servitio Militari ad munimenta ad
Evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedi
mentis non differendo ad quietationem praeterea Ultra proximos
Officij praefati Castren Capitan Premislien Terminos, dillonem
sibi non recipiendo nullasq motiones Appellationes ac earum
prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplici
bus vel triplicatis Evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris
Sessione, Terrestri, bello, Conventione, ac alijs quibusvis
Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio
quovis Evadendo Hac sua praesenti Recognitione ad praemissa mediante.

Feria Quarta magna post Do
13/IV minicam Ramis palmarum Qua
dragesimalem proxima Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo secundo

Drohoiowscy Sienickiemu Ap
probant.

Comparens

Regestr

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemisliensibus Generosi Joannes Paris et Alexander Demetrius Drohoio 1311
wscy Fratres inter se germani olim Generosi Matthiae Stanislai Dro=
hoiowski filij sani mentibus et corporibus existentes à Terris Distri=
ctibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et compe=
tentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Jurisdictioni, quo 1126
ad Actum modernum attinet se cum successoribus à bonis suis gene
raliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo
palam libere publice ac perexpressum recognoverunt et quilibet
illorum seorsim suo prointeresse recognouit Quia ipsi eliberando
Generosum Christophorum Thomam Drohoiowski fratrem suum germanum
ab onere statuitionis sui Recognoscentium ad approbandam inscriptionem
Cessionariam per eundem Generosum Drohoiowski fratrem sui germa=
num suo et sui Recognoscentium nomine de summa Duorum Millium
florenorum Polonicalium ex summa Originali Quinque Millium
florenorum Polonicalium per eundem fratrem suum Inscriptione diuisiona=
li erga se Recognoscentes Actis Officij praesentis Generosae olim de Dro=
horow Askmanicka olim Generosi Raphaelis Jaskmanicki Consorti
legitimae Sorori vero suae et sui Recognoscentium germanae in bonis re=
siduitatis dotis inscripta et super bonis Sobkow cum attinentijs assecu=
rata, Circa vero resignationem per ipsius fratrem suum germanum praefatorum praesta=
torum bonorum Sobkow cum attinentijs Illustri et Magnifico Clemen=
ti de Ruszcza Branicki Marschalco Curiae Regni Checinensi Stobni=
censi et Capitaneo in fundo bonorum eorundem ex vi contractus certi
de Actu et data illius Corcinij die secunda decembris Anno Millesi=
mo sexcentesimo sexagesimo secundo confecti Conscripti Actisque Ca=
stren Capitan Neocorcinensibus roborati et Camnis Terrestribus firmati
in se vero Recognoscentes et eundem fratrem suum post sterilem
de hac luce decessum eiusdem olim Generosae Annae de Drohoiow Askmani=

cka Iure diuino et naturali successione devoluta sese deriuante in rem
1312 et personam Generosi Vespasiani de Bencza Sienicki coram Actis
Varsavien. feria Secunda pridie Festi Visitationis Beatissimae Virgi
nis Mariae Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo Nono
proxe pto factam et recognitam eandem Inscriptionem Cessi-
onariam in omnibus illius punctis, clausulis, Articulis, Ligaminibus, for[tibus]
et nexibus vniversis approbant, confirmant, et ratificant Hac sua
praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Drohoiowscy Morawickiemu Cedunt.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesen. Castren. Capitan.
Premislien. Generosi Christophorus Thomas, Joannes Paris, et Alexander Demetrius
duorum nominum Drohoiowscij fratres inter se germani olim Generosi
Matthiae Stanislai Drohoiowski filij Germanae vero olim Annae de Drohoiow
Askmanicka olim Generosi Raphaelis Askmanicki Consortis legitimae
1127 steriliter vita functae et de hac luce decessae sororis sui Recogno-
scentium germanae successores legitimi sani mentibus et corporibus exi-
stentes a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis pro
prijs et competentibus recedendo praesenti vero Castren. Capitan. Premislien.
Iurisdictioni quo ad actum modernum attinet se cum successoribus ac bo-
nis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Suby-
ciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet
illorum seorsim suo prointeresse recognouit. Quia ipsi de omni et
integro Iure suo infrascripto nimirum de summa Trium Millium florenorum
Polonicorum restante ex summa originali Quinque Millium florenorum Polonicorum Si-
quidem de summa Duorum Millium florenorum Polonicalium Generoso
Vespasiano de Bencza Sienicki Cessio Coram Actis Castrensibus
Varsavien. per vnum ex Recognoscentibus nempe Generosum Christopho-
rum Thomam Drohoiowski fratrem suum suo et sui Recognoscentium no-
mine.